



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Decima-nona Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

multos insignes & sanctos prædicatores in Belgium nostrum euocauit, inter quos sunt germani eius fratres, Foillanus & Ultanus. Quare mirum non est Apostolicos Belgij nostri episcopos, Eli-gium & Autbertum, quarto post obitum anno, corpus eius, quod omnino incorruptum Peronæ, deprehendebant, e terra subuenisse. Natalem Atrebaten-ses celebrant nouem lectionibus.

Cameracenses ut episcopum colunt, non quod proprij nominis episcopus fuerit, sed quia quorundam locorum Apostolus fuit. Hac enim de causa plures ut episcopos colli, sparsim à me est annotatum.

a. *Cui post mortem eius præfuit eius frater Ultanus. Infra, die 5. Maij, & 13. Septemb. in historijs SS. Mauronii & Amati.*

Decima-nona Ianuarij.

De reliquijs Marij martyris, in Gemblaco.

Ex archiuis Gemblacensium, quorum Lambertus Bancquart, reverendus Prælatus loci, copiam dedit.

Romæ, viâ Corneliat, sanctorum martyrum Marij & Marthæ, cum filijs, nobilium; qui de Perside ad orationem venerunt Romam, tempore Claudi principis. Prioris martyris corpus, cum reliquijs sancti Fortunati, & aliorum Sanctorum, e Roma Gemblacum attulit Arnulphus nonus abbas Gemblacensis; quem Innocentius secundus Romæ suis manibus abbatem consecravit. Hinc festum sancti martyris Gemblaci duodecim lectiones habet. Quam celebris autem fuerit martyr, indicant Horæ Romanæ in natalitio die, & Gesta Valentini, ac collegarum, apud Surium, die decima quarta Februarij.

Vigesima